



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 452. De Werenfridi comitis traditione familiæ in Divernthal intra pagum  
Auga.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
1010 vs-  
que 1014  
regnante  
Henri-  
eo II.

§. 452.

Tradidit uuerinfridus comes pro fratre suo godfrido I. familiam in *diuernthal* (o).

§. 453.

Tradidit boda pro filio suo uualh I familiam in *uualingaroth* (p).

§. 454.

qui ab Alera ebitur flumine) *inde Melere* (Milen vicus eminet sub praefectura Muden ad fluium Oertze, probe discernenda a villa Müden, ad Aleram sita) *inde in Hatanbik*, *inde in Manurbiki* (probabilissime est fluius Angerbeck) *deinde Wliueresle*, *inde Hradebodanle*, *in Siutanle*, *in Dolle* (id est Dalle, villa sita in praefectura Bargfeld) *Per Gewikssathar*. (An Kragen in praefectura Bargfeld) *Mekkriker viam* (fortassis via prope Mezzingen) *et illam viam Mespila in Grebanbag* (id est, Hagen in praefectura Gifhorn) *in Exuuite fontem*; *inde Adekina Hege*. *Inde Elmanam* (fortasse Emmen in praefectura Isenhagen) *vsque in Arumbiki*, *inde in Rumeschap*, *inde in Hundabrock* (erit silua in praefectura Isenhagen) *et illa Ifunda* (id est Isenhagen) *in Eferu* (id est, fluius Ise seu Iser, qui in oppido Gifhorn cum Alera flumine se miscet.) *Inde in Helde*, *inde in Drubiterbiki*, *vsque in Dudaroth*, *inde per viam vnam ad orientalem partem in locum, qui dicitur Weghani in Da'enek* (id est, Safenbeck seu Zafenbeck in praefectura Knefebeck) *inde in Gestine spekkiam*, (quae erit pons super Aleram eo in loco, quo est oppidum Gifhorn) *inde in Exuuite fontem*, *inde Meinressol* (id est, Meinerfen domus praefecti Luneburgici, olim sedes nobilissimorum dominorum Saxoniae nostrae, sita ad fluium Ouaceram.) *Deinde in Wetanspekkiam in flumen, quod dicitur Scuntera*. (Wetanspekkia est probabilissime locus Neubrueck, situs ad flumen Ouaceram; Scunteram autem hodie dici *dic Schunter*, iam supra diximus.)

De villa  
Diuern-  
thal  
in pago  
Auga.

(o) Villa *Diuernthal* erat teste Sarachone in pago *Auga*. Designatur vicus *Derenthal* in praefectura Furstenberg intra Principatum Wolferbuttelensem, vix iter dimidiae horae a vico Meinbrenen, situs, quem Vilurgis diuidit a castro Blankenau, posito intra principatum Corbeiensem. *Werinfridus comes*, qui in hac villa bona quaedam tradidit, in nullo diplomate alio, quantum scimus, occurrit. Notatu igitur eo dignior hic locus est, cum e situ bonorum traditorum probabile fiat, eundem comitem quandam habuisse copulam cum familia vel Brunoniana vel Widikindea. Eadem enim villa vix iter vnius horae distat a celebratissimo castro Brunonisburgo, et contermina erat villa Thudanhulson, in qua secundum sententiam nostram domini quidam, e familia Widikindea orti, bona quaedam possederunt, vti supra §. 258 ostendimus. Cum itaque *Werinfridus comes* appelletur frater *Godfridi*, probabiliter idem *Godfridus* intelligitur, cuius comitatus erat anno 1013. in pago Gudinge, quique filius erat *Bardonis*, teste diplomate regis Henrici, supra §. 104. not (u) adducto et exhibito. Fortasse idem *Werinfridus comes* coniux erat Frederuna, cuius filia fuit Anna. De horum utroque egimus supra §. 104. not. (n).

De villa  
Walinga-  
rothe  
in pago  
Hlilgo.

(p) Villa *Walingaroth* erat, Sarachone teste in Registro B. et P. A. C. sita in pago *Hlilgo*. Succurrit memoriae vicus *Wbelrode*, dudum desolatus, olim vero non procul a castro Allerburg conspicuus, castro spectante ad nobiles de Minningerode dictos, qui inter vasallos abbatis Corbeiensis referuntur. Ad quam vero familiam referenda sit *Boda* cum filio suo *Walboné*, qui in eadem villa vnam familiam tradidit, prorsus non patet. Forsan is ipsius *Walbonis* Corbeiensis abbatis atque *Immedi* frater fuit, quem supra (§. 437) autorem fatoremque comitum de Scartfelde ac Lutterberg, et filium *Otonis*, diximus. Patrem abbatis *Walbonis* fuisse *Otonem comitem*, referunt Corbeiensis in Chronico nostro MSpto sepiissime excitato. Ille *Otto* nobis videtur fuisse filius *Bernhardi* comitis in pago *Hlilgo*. Certissimum foret adfirmatu, Corbeiensis nostros designasse eum.